SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 62v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



.L.

.VIII.

Penitencie tres sunt partes .s. contricio
confessio et satisfactio. Nam primum quod
post peccatum occurrit est contricio cordis ut
homo de peccato doleat qui deum offendit Satis
enim est iustum et Racioni consonum Ut quod deum
suum sine esse primum redemptorem piissimum. patrem be-
nivolentissimum defensorem potentissimum et conti-
nuum provisorem offendit et suis nequiciis ad
iracundiam eum provocavit ut toto doleat posse
cordis Videmus enim ad sensum quod dolet homo qui
offendit vel lesit animal suum bovem asinum sive equum
dolet si hominem offendat extraneum. Dolet si ledat
vicinum dolet magis si ledet consanguineum vel
amicum Ergo summe est ei dolendum si offendat
amantissimum deum suum qui se pro eo dedit in pre-
cium et in cibum. Nam et fuit quidam nobilis
Impor Otto nomine qui instigante uxore tamquam qui
requisivisset eam de scelere occidit de suis quen-
dam fidelissimum militem credens uxori eum esse cul-
pabilem qui postea inveniens quod eum iniuste oc-
ciderit in tantum doluit quod ipsam uxorem quam
amabat maxime ignibus concremavit Et seipsum
in manus occisi militis tradidit puniendum
Ergo si pro morte servi dominus tantum doluit Quantum
tibi dolendum sit si dominum deum tuum offenderis
collige expressis Et quid de hominibus dicam quando
fuit quidam piscis qui quendam infantulum se bal-
neantem in aquis maris secum ludendo in tantum infra
aquas traxit Quod puer in aqua defecit. Quod dum
vidit piscis ipsum ad littus adduxit et tantum pro of-
fensa dolorem assumpsit quod iuxta eum se posuit ac
mori permisit. Ergo quid facere debet homo quo-
ciens quantum in se fuit deum in se occidit quociens
mortale peccatum commisit. Quomodo non verecundabitur
homo pro divina offensa quando sic confunduntur animalia
mutasi committunt illicita Exemplum est de leone sancti